



*36a*

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*







**H**Omines

post lapsum primorum parentum  
 cheu mortales  
 mortalitate se eripere  
 sui que seros ad posteros  
 memoriam conseruare perennem  
 quaesiuerunt  
 studuerunt semper.  
 Variam hinc ingressi viam  
 ad exoptatam  
 sibique propositam  
 peringere metam  
 infelici quamquam ut plurimum successu,  
 quum alii cogitauerunt  
 & adhuc sapius cogitant  
 procreatione sobolis  
 memoriam sui reddere immortalem:  
 numeremus licet multa  
 immo plurima generum saecula  
 tamen ad ultimum  
 vere erit pronunciatum  
 viri sapientis effatum:  
*unum genus exoritur  
 alterum interit:*  
 ubi enim sunt his nostris temporibus  
*Marcelli, Cecili, Claudii*  
 ceteros iam ut taceam  
 Romanorum facile principes?  
 abierunt, excefferunt, euaserunt, eruperunt.  
 Omnem alii mouerunt lapidem  
 non strophis verbosis  
 sed factis illustribus  
 sibi acquirere famam  
 in aeternum duraturam:  
 sed quae  
 quinam credat?  
 de omnibus namque rebus est dubitandum  
 exituisse olim  
*Hercules*  
*Vlysses*  
 qui tamen  
 praclarissimis rebus gestis  
 & factis omnino singularibus  
 quondam excelluerunt,  
 ut omnia  
 sic & haec plerisque uiris sapientibus  
 sunt dulcia somnia.

AK

ftri  
a.

us.

n

cus

x

n



Alii adlaborarunt omni studio  
nomen suum aeternitati dare  
extruendis urbibus nobilissimis  
aedificiis magnificis  
aliisque monumentis publicis:  
id quod fecerunt

*Ili* in extruptione famigeratissimae Troiae  
*Cecropes* Athenarum literatissimarum  
*Didones* Carthagini bellicossimae  
*Romuli & Remi* Romae fortissimae  
*Cheopes* in erectione Pyramidum Aegyptiarum mirabilium  
*Chorides* Colossi montrosi  
*Artemisiae* Mausolei pretiosissimi.

Verum enim vero  
dolemus  
quando haec oppida  
quodam tempore florentissima  
nunc prostrata & diruta  
eorumque ac monumentorum reliquorum  
cadauera projecta ante oculos nostros jacent  
sic

*mors etiam saxi marmoribusque venit.*

Itaque illi  
nisi me omnia fallunt  
haud longe a recto tramite aberrarunt  
qui putauerunt  
monumentis ingenii  
sui memoriam ab oblivione vindicare  
hincque ad ea confugerunt docti  
nec temere  
quia juxta poetam lyricum:

*Dignum laude virum Musa vetat mori.*

Ipsa Saecula  
& saeculorum millia, & quod excurrit  
sunt praeterlapsa  
quibus floruerunt  
monumentis suis ingenii in publicum editis  
*Solones, Euripides, Socrates, Isocrates*  
*Hippocrates, Aristoteles, Theophrasti*  
*Cicerones, Plinii*

omnes vero recensere  
volumina non sufficerent  
ne dicam haec pagellae  
sed nonne superfluit adhuc?  
supererunt quoque  
donecum machina mundi corruet  
nec ullum tempus illorum obliterabit memoriam,



Celeberrime BRVCKMANNE

& Tu

ingenii Tui monumentis

curiosissimis

doctissimis

limatissimis

haecenus beaffi orbem eruditum

quae inter

certe non ultimum

potius primum occupant locum

MAGNALIA DEI IN LOCIS SVBTEARRANEIS

quorum jam alterum volumen publici juris facis

ex quibus pulcre adparet

omnibus & singulis

curiositas Tua laudabilis

perpicientia singularis

lectio multa

rerum curata cognitio

illarum dijudicatio debita

hinc & Tibi

pro certo ominor

fore

ut mortalitatem sis superaturus

hifce ingenii Tui belle curiosi monumentis.

Quare

ex animo hoc Tibi gratulor

simulque

*Deum* precor immortalem

velit pro fingulari sua gratia dare

ut Tu

*Fautor aestumatissime*

viribus integris

optima valetudine

quamdiutissime adhuc

superfis

BONO

Tuis dilectissimis

mihique carissimis

*ornamento*

Patriae

orbi litterato

plane fingulari:

Quem Tibi  
in reliquum quoque tempus devincies  
emissione  
& publicatione  
Scriptorum Tuorum eruditorum  
præprimis continuatione

EPISTOLARVM TVARVM ITINERARIARVM

quas  
naturae  
historiae amatores  
immo docti omnes  
aude expectant.

Vale

& perage porro rem Tuam  
quam felicissime.

Experientissimo amplissimoque *Viro*

FRANCISCO ERNESTO BRVCKMANN,

Medic. Doctori, Academ. Caes. Nat. Curiof.  
Societatisque Regio - Prussicae Scient.  
Collegae, ac Practico Wolfenbuttelensi  
celeberrimo

Fautori & Compatri suo aeternum  
colendo honorando

secundum Volumen MAGNALIORVM  
DEI IN LOCIS SVBERRANEIS  
edenti gratulabundus scribebat

*Albertus Ruter,*

Regii Gymnasii Ilfeldiaci Collega

= 1730



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
koll. nicht vergeben!




Sb.

1077

R.40










# Hominines

post lapsum primorum parentum  
 eheu mortales  
 mortalitate se eripere  
 sui que feros ad posteros  
 memoriam conseruare perennem  
 quaesierunt  
 studuerunt semper.  
 Variam hinc ingressi viam  
 ad exoptatam  
 sibi que propositam  
 pertingere metam  
 infelici quamquam ut plurimum successu,  
 quum alii cogitauerunt  
 adhuc sapius cogitant  
 procreatione sobolis  
 sui reddere immortalem:  
 meremus licet multa  
 plurima generum faecula  
 tamen ad ultimum  
 re erit pronunciatum  
 i sapientis effatum:  
*unum genus exoritur  
 alterum interit:*  
 sunt his nostris temporibus  
*elli, Caelii, Claudii*  
 teros jam ut taceam  
 norum facile principes?  
 efferunt, euaserunt, eruperunt.  
 m alii mouerunt lapidem  
 on strophis uerbosis  
 sed factis illustribus  
 bi acquirere famam  
 aeternum duraturam:  
 sed quaeso  
 quinam credat?  
 namque rebus est dubitandum  
 extitisse olim  
*Hercules  
 Vlysses*  
 qui tamen  
 clarissimis rebus gestis  
 tis omnino singularibus  
 nondam excelluerunt,  
 ut omnia  
 ec plerisque uiris sapientibus  
 sunt dulcia somnia.



AK